Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

Actvs secvndvs

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

Quod ego per hanc te dextram oro & genium tuum,
Per tuam fidem, perq; huius ſolitudinem
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras,
Si te in Germani fratris dilexi loco.
Siue hæc te ſolum ſemper fœcit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
Te iſti uirum do, amicum, tutorem, patrem
Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.
Hanc in manum dat, mors continuo ipſam occupat.
ACCEPI, acceptam ſeruabo. My. ita ſpero quidem. Pam.
Sed cur tu abis ab illa? My. obſtetricem adcerſo. Pam. Propera,
Atq; audin, uerbum unum caue de nuptiis,
Ne ad morbum hoc etiam. My. teneo.

ACTVS SECVNDVS.

CARINVS. BIRRIA. PAMPHILVS.

Verſus partim Octonarii, partim Senarii, nonnulli Penthametri.

Vid ais Birria? daſ ne illa Pãphilo hodie nuptum? B.
Sic eſt. C. qui ſcis? B. apud forũ mõ e Dauo audiui. C.
VT ANIMVS IN SPE atq; timore uſq; ante
hac attentus fuit miſero mihi.
Ita, poſtq̃ adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet. Bi.
Quæſo ædepol Carine, QVOniã nõ põt id fieri qđ uis, id uelis
Quod poſſit. C. Nihil uolo aliud niſi Philomenam. Bi.
Ah quanto ſatius eſt te id dare operam,
Qui iſtum amorem ex animo amoueas tuo,
Quam id loqui, quo magis lubido fruſtra incendatur tua. Ca.
FACILE omnes cũ ualemus, recta conſilia ægrotis damus.

Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Bir. Age age ut lubet. Ca. Sed Pamphilũ
Video, oĩa experiri certũ eſt, prius q̃ pereo. Bir. qd hic agit? Ca.
Ipſum hunc orabo, huic ſupplicabo, amorẽ huic narrabo meũ.
Credo impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis prodat dies.
Interea fiet aliquid ſpero. Bir. Id aliquid nihil eſt. Ca. Birria
Quid tibi uidetur? adeon ad eum? Bir. qd ni? ſi nihil ut impetres
Vt arbitretur ſibi paratum mœchum, ſi illam duxerit. Ca.
Abi hinc in malam crucem cum ſuſpitione iſtac, ſcelus. Pam.
Carinum uideo, ſalue. Ca. O ſalue Pamphile,
Ad te uenio, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium expetens. Pam.
Neq; pol conſilii locum habeo, neq; auxilii copiam.
Sed iſtuc quidnã eſt? C. hodie uxorem ducis? P. Aiunt. C. Pamphile
Si id facis, hodie poſtremũ me uides. Pam. Quid ita? C. hei mihi
Vereor dicere. huic dic quæſo Birria. B. Ego dicam. P. quid eſt? B.
Sponſam hic tuã ãat. P. næ iſte haud mecũ ſentit. ehodũ dic mihi,
Nunquid nam amplius tibi cũ illa fuit Carine? Ca. Ah Pamphile,
Nihil. P. quã uellẽ. Ca. nũc per te amicitiã, & per amorẽ obſecro,
Principio ut ne ducas. P. dabo eqdẽ operam. C. Sed ſi id non põt,
Aut tibi hæ nuptiæ ſunt cordi. P. Cordi? C. Saltem aliquot dies
Profer, dum proficiſcor aliquo, ne uideam. Pam. Audi nunc iam
Carine. ego neutiq̃ offitium liberi eſſe hominis puto,
Cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi.
Nuptias effugere ego iſtas malo, quam tu adipiſcier. Ca.
Rediditi animũ. P. Nunc ſi quid potes, aut tu, aut hic Birria,
Facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi.
Ego id agam, mihi qui ne det. Ca. Sat habeo. Pã. Dauũ optume
Video, cuius conſilio fretus ſum. C. At tu hercle haud qcq̃ mihi,

Niſi ea q̃ nihil opus ſunt ſcire? fugin hinc? Bi. Ego uero ac Iubēs.

DAVVS. CARINVS. PAMPHILVS.

¶ Terrametri Trochaici, & Senarii quidam.

Il boni, boni quid porto? ſed ubi inueniā Pamphilū,
Vt metū i quo nūc ē adimā, atq; expleā aīm gaudio? C.
Lætꝰ ē, neſcio qd. P. nihil ē, nōdū hæc reſciuit mala. D.
Quem ego nunc credo, ſi iam audierit ſibi paratas nuptias. Ca.
Audin tu illum? Da. Toto me oppido exanimatū quærere.
Sed ubi quæram? aut quo nūc primū intendā? C. ceſſas alloq? D.
Abeo. Pā. Daue ades, reſiſte. D. Quis hō eſt qui me? o Pamphile
Te ipm quæro, euge Carine, ambo opportune, uos uolo. Pam.
Daue perii, Da. quin tu hoc audi. P. Interii. D. quid timeas ſcio. C.
Mea quidem hercle in dubio eſt uita. Da. Et quid tu ſcio. Pam.
Nuptiæ mihi. D. Et id ſcio. P. hodie. D. obtūdis, tametſi intellego
Id paues, ne ducas tu illam, tu aūt ut ducas. Da. Rem tenes, Pam.
Iſtucipſum. Da. atq; iſtucipm nihil pericli eſt, me uide. Pam.
Obſecro q̄primū hoc me libera miſerum metu. Da. Hem, libero.
Vxorē tibi nō dat iam Chremes. Pam. qui ſcis? Da. ſcio, tuꝰ pater
Modo me præhendit, ait tibi uxorem dare ſeſe hodie,
Item alia multa, quæ non eſt narrandi locus.
Continuo ad te properans, percurro ad forum ut dicam tibi hæc,
Vbi te non inuenio ibi, aſcendo in quendam excelſum locum,
Circumſpicio, nuſq̄. forte ibi huius uideo Birriam.
Rogo, negat uidiſſe ſe. mihi moleſtū, quid agam cogito.
Redeunti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio, hem
Paululum obſonii, ipſus triſtis, de improuiſo nuptiæ
Non cohærent. P. quorſū nā iſtuc? D. egomet cōtinuo ad Chremē.

Cum illoc aduenio, ſolitudo ante hoſtium, iam id gaudeo. Ca.
Recte dicis. Pam. Perge. Da. Maneo, interea introire neminem
Video, exire neminem, matronam nullam in ædibus,
Nihil ornati, nihil tumulti, acceſſi, intro aſpexi. Pam. Scio
Magnum ſignum. Da. Non uident conuenire hæc nuptiis? Pam.
Non opinor Daue. Da. Opinor narras? non recte accipis,
Certa res eſt, etiam puerum inde abiens conueni Chremis
Holera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni. Ca.
Liberatus ſum hodie Daue tua opera. D. Ac nullus quidem. Ca.
Quid ita? nēpe huic prorſus illam non dat. Da. Ridiculū caput.
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat, te illam uxorem ducere.
Niſi uides, niſi ſenis amicos oras, ambis. Ca. Bene mones,
Ibo, & ſi hercle ſæpe iam me ſpes hæc fruſtrata eſt, Vale.

PAMPHILVS DAVVS

℄ Eiuſdem rationis cum ſuperiori.

Vid igiť Daue ſibi uult pr̃, cur ſimlat? D. ego dicā tibi,
Si id ſuccenſeat nunc, qa nō det tibi uxorem Chremes
Ipſus ſibi eſſe iniurius uideatur. neq; id iniuria,
Prius q̃ tuum animū ut ſeſe habeat ad nuptias perſpexerit,
Sed ſi negaris ducere, ibi culpam omnem in te transferet,
Tum illæ turbæ fient. P. quid uis patiar? Da. pater eſt Pamphile,
Difficile eſt, tū hæc ſola eſt mulier, dictū aut factū inuenerit
Aliquā cauſſam, quam ob rem eiiciat oppido. P. eiiciat? D. cito. P.
Cedo igiť quid faciā Daue? Da. dic te ducturum. P. hē. D. qd eſt? P.
Ego nē dicā? Da. Cur non? Pam. Non faciam. Da. Ne nega. Pam.
Suadere noli hoc. Da. Ex ea re quid fiat uide. Pam.
Vt ab illa excludar, hac concludar. Da. Non ita eſt.

Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem,
Ducas uolo uxorem hodie, tu ducam inquies.
Cedo quid iurgabit tecum? hic reddes omnia
Quæ nunc ſunt certa ei conſilia, incerta ut ſient
Sine omni periculo. nam haud dubiũ eſt, quin Chremes
Tibi non det Gnatam. nec tu ea cauſſa minueris
Hæc quæ facis, ne is ſuam mutet ſententiam.
Patri dic uelle, ut cum uelit tibi iure iraſci, non queat.
Nam quod tu ſperas propulſabo facile. uxorem his moribus
Dabit nemo, inueniet inopem potius q̃ te corrumpi ſinat.
Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris,
Alia ocioſus quæret, interea aliquid acciderit boni. Pam.
Ita credis? Da. haud dubium id quidem eſt. Pam. uide quo me in-
ducas. Da. quin taces. Pam.
Dicam, puerum autem ne reſciſcat mihi ex illa, cautio eſt.
Nam pollicitus ſum ſuſcepturũ. D. o facinus audax. P. Hanc fidem
Sibi me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturũ, ut darem. Da.
Curabitur, ſed pater adeſt, caue te eſſe triſtem ſentiat. P. Faciam

SIMO. DAVVS. PAMPHILVS

Trimetri. Iambici.

Euiſo quid agant, aut quid captent conſili. Da.
Hic nunc non dubitat, quin te dicturum neges.
Venit meditatus alicunde ex ſolo loco,
Orationem ſperat inueniſſe ſe
Qua differat te. proin tu fac apud te ut
Sies. Pam. Modo ut poſſim Daue. Da. Crede inquam hoc mihi,
Nunq̃ hodie tecum commutaturum patrem

Vnum eſſe uerbum, ſi te dices ducere.

BIRRIA. SIMO. DAVVS. PAMPHILVS.

¶ Senarii ut ſuperiores.

Erus me relictis rebus iuſſit Pamphilum
Hodie obſeruare, ut quid ageret de nuptiis
Scirem, id propterea nūc huc uenientem ſequor.
Ipſum adeo præſto uideo cum Dauo, hoc agam. Si.
Vtrunq; adeſſe uideo. Da. Hem ſerua. Si. Pamphile. Da.
Quaſi de improuiſo reſpice ad eum. Pam. hem pater. Da.
Probe. Si. hodie uxorem ducas (ut dixi) uolo. Bir.
Nunc noſtræ timeo parti, quid hic reſpondeat. Pam.
Neq; iſtic neq; alibi tibi uſq̃ erit in me mora. Bir. hem. Da.
Obmutuit. Bi. quid dixit? Si. facis ut te decet,
Cum iſtuc quod poſtulo, impetro cum gratia. Da.
Sum uerus? Bi. Herus quantum audio ab uxore excidit. Si.
I nunc iam intro, ne in mora cum opus ſit, ſies. Pam.
Eo. Bir. nulla ne in re eſſe homini cuiq̃ fidem?
Verum illud uerbum eſt uulgo quod dici ſolet,
OMNES ſibi eſſe melius malle q̃ alteri.
Ego illam uidi uirginem forma bona,
Memini uidere, quo æquior ſum Pamphilo,
Si ſe illam in ſomnis, q̃ illum amplecti maluit.
Renuntiabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

DAVVS SIMO.

¶ Trimetri Iambici, & unus ſeptenarius.

Ic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia. Si.

Quid Dauus narrat? Da. æque quicq̃ nunc quidem. Si.
Nihil ne? hem. D. nihil p̃rſus. Si. Atqui expectabam quidem. Da.
Præter ſpem euenit ſentio, hoc male habet uirum. Si.
Potin es mihi uerum dicere? Da. Nihil facilius. Si.
Num illi moleſtæ quidpiam hæ ſunt nuptiæ,
Propter huiuſcæ hoſpitæ conſuetudinem? Da.
Nihil hercle, aut ſi adeo, bidui aut tridui eſt
Hæc ſollicitudo, noſtin? deinde deſinet.
Etenim ipſe ſecum eam rem recta reputauit uia. Si.
Laudo. Da. Dum licitum eſt ei: dumq; ætas tulit,
Amauit. tum id clam cauit, ne unq̃ infamiæ
Ea res ſibi eſſet, ut uirum fortem decet.
Nunc uxore opus eſt, animũ ad uxorem appulit. Si.
Subtriſtis uiſus eſt eſſe aliquantulum mihi. Da.
Nihil propter hanc rem, ſed eſt quod ſuccenſet tibi. Si.
Quidnã eſt? D. Puerile eſt. Si. Quid eſt? D. Nihil. S. Quin dic qd
eſt? Da.
Ait te nimiũ parce facere ſumptum. S. me ne? D. Te.
Vix inquit drachmis eſt obſonatus decem,
Nõ filio uidetur uxorem dare.
Quem inquit uocabo ad cœnam meorum æqualium
Potiſſimũ nunc? & quod dicendum hic ſiet,
Tu quoq; perparce nimium, non laudo. Si. Tace. Da.
Commoui. Si. Ego iſtæc recte ut fiant uidero.
Quidnam hoc rei eſt? quid hic uult ueterator ſibi?
Nam ſi hic mali eſt quicq̃, hem, illic eſt huic rei caput.

TERTIVS ACTVS.

MYSIS. SIMO. DAVVS. LESBIA. GLYCERIVM.